

Johannis Amos Comenius:

Didactica magna

Johannis Amos Comenii Opera omnia 15/1
Dilo Jana Amose Komenského [= DJAK 15/1].
Academia Pragae 1981.

Caput XXVI: De disciplina scholastica

(pp. 178-181)

1. Usitatum populari Bohemis diverbiò dictum, *Schola sine disciplina molendinum est sine aqua*, verum est. Quemadmodum enim si molendino auferas aquam, consistere illud: ita si scholae disciplinam, lentescere omnia necesse est. Sicut et ager si non sarritur, perniciose segeti zizania illicò nascuntur, arbusculae si non putantur, silvescunt inutilesque producunt stiones. *Nec tamen sequitur scholam clamorum, plagarum, vrbicum plenam esse oportere: sed plenam vigilantiae et attentionis in docentibus et discentibus.* Disciplina enim quid est nisi modus certus, quò discipuli verè discipuli efficiantur?

2. Juventutis ergò formatorem nosse bonum erit tum *finem*, tum *materiam*, tum *formam* disciplinae: ut cur quando et quomodo artificiosà severitate utendum sit, ne ignoret.

3. Primum autem hoc inter omnes constare puto *disciplinam in exorbitantes exercendam esse*. Non tamen quia exorbitavit quis (factum enim infectum fieri nequit), sed ne posthàc exorbitet. Exercenda igitur sine affectu, ira, odio: eò candore ac sinceritate, ut ipse, qui disciplinatur, disciplinam in se suò bonò extendi et ex paterno in se affectu eorum, qui sibi praesunt proficisci animadvertat, ideòque non aliò hanc animò, quam quò amara quaevis à medico propinata potio solet, excipiat.

4. *Non autem severior disciplina exercenda est ob studia et literas, sed ob mores.* Quia studia si rectè constituentur (uti jam docuimus), per se ipsa ingeniis illecebrae sunt, dulcedineque suà omnes (monstra hominum si excipias) ad se trahunt et rapiunt. Quod si secus fit, non discentium id, sed docentium culpà evenit. Atque si arte ingenia inescandi modos ignoramus, vim certè frustra adhibebimus. Verbera et plagae literarum amorem ingeniis indendi vim nullam habent: taedium animi earum et odia ingenerandi prorsus multam. Quare sicubi fastidientis studia animi morbus animadvertitur, is diaetà potius et dulcibus subinde propinatis remediis tollendus est quàm asperis asperandus magis. Cujus prudentiae ipse coelestis sol documenta nobis ostendit. Qui non primò statim vere in novellas tenellasque plantulas detonat, nec | [179] eas ab initio statim fervore suò urget ac urit: sed sensim sine sensu incalefactas attollit et roborat, demùmque in adultas, fructusque et semina maturantes, vim totam emittit. Simili dexteritate arborator utitur molliùs novellas, teneriùs tenellas arbusculas tractans, nec radulas, cultros, falces vulnera non

Jan Amos Comenius (1592-1670):

Große Didaktik

Neubearb. und eingel. von Hans Ahrbeck.
Berlin: Volk und Wissen 1961.

Kapitel 26: Von der Schulzucht

(S. 253-258)

1. Das volkstümliche Sprichwort der Tschechen: Eine Schule ohne Zucht (disciplina) ist eine Mühle ohne Wasser, ist ein wahres Wort. Wenn du nämlich einer Mühle das Wasser nimmst, so muß sie stillestehen; ebenso, wenn du aus der Schule die Zucht entfernst, muß alles nachlassen. Wenn der Acker nicht gejätet wird, so schießt sofort ein der Saat verderbliches Unkraut empor; wenn die Bäumchen nicht beschnitten werden, gehen sie ins Holz und bringen unnütze Wurzelschößlinge hervor. Jedoch folgt daraus nicht; daß die Schule voller Geschrei, Schläge und Striemen sein müsse, sondern vielmehr voller Wachsamkeit und Aufmerksamkeit bei Lehrenden und Lernenden. Denn was ist die Zucht anderes als eine bestimmte Art- und Weise, die Schüler wahrhaft zu Schülern zu machen?

2. Es wird also gut sein, daß der Jugendbildner den Zweck (finis), den Gegenstand (materia) und die Form (forma) der Zucht kennt, damit er weiß, warum, wann und wie man <nach> den Gesetzen der Kunst streng einschreiten muß.

3. Zunächst aber sind alle, glaube ich, darin einig, daß Zucht gegen die geübt werden muß, die aus der Reihe tanzen. Jedoch nicht deshalb, weil einer gefehlt hat (denn Geschehenes läßt sich nicht ungeschehen machen), sondern damit er in Zukunft nicht wieder fehlt. Sie ist also zu üben ohne Leidenschaft, Zorn und Haß, mit solcher Redlichkeit und Aufrichtigkeit, daß der Gezüchtigte selbst inne wird, daß sich die Zucht auf ihn zu seinem Besten erstreckt und aus der väterlichen Zuneigung derer, die ihm vorstehen, hervorgeht und daß er sie deshalb mit keiner anderen Gesinnung aufnimmt als sonst einen bitteren Trank, der ihm vom Arzt gereicht wird.

4. Strengere Zucht ist jedoch nicht wegen der wissenschaftlichen Studien, sondern wegen der Sitten zu üben. Wenn nämlich die Studien (so wie wir das schon gelehrt haben) recht an gestellt werden, so sind sie an und für sich ein Anreiz für den Geist und ziehen, ja, reißen durch die ihnen eigene Süßigkeit alle (entartete Menschen ausgenommen) an sich. Wenn dem anders ist, so kommt das nicht durch die Schuld der Lernenden, sondern der Lehrenden. Und wenn wir das Verfahren | [254] mit Kunst die Geister (ingenia) zu locken, nicht kennen, so werden wir gewiß vergebens Gewalt anwenden. Schläge und Hiebe haben keine Macht, dem Geist die Liebe zu den Wissenschaften einzuflößen, vielmehr eine gar große, geistigen Überdruß und Haß dagegen einzupflanzen. Sobald man daher die Krankheit eines der Studien überdrüssigen Geistes bemerkt, so ist diese vielmehr durch eine geeignete Lebensordnung und sodann durch das Eingeben sanfter Heilmittel zu beheben als durch bittere noch mehr zu verschärfen. Die Anleitung für ein solch verständiges Verfahren hat uns schon die Himmels-sonne gegeben. Sie prallt nicht gleich bei Frühlingsanfang auf die jungen, zarten Pflänzchen herab und bedrängt und brennt sie nicht gleich von Anfang an mit ihrer vollen Glut, sondern sie erwärmt sie allmählich unmerklich, hebt sie und stärkt sie und läßt erst, wenn sie herangewachsen sind und Früchte und Samen reifen, ihre ganze Macht an ihnen aus. Ei

dum ferre valentibus immittit. Neque musicus, si testudinis, citharae vel fidium chordae dissonant, pugnò fusteve percutit aut ad parietem allidit: sed tamdiu artem adhibet, donec in harmoniam redigat. Ita prorsus ingeniis in harmoniam et studiorum amorem redigendis condescendum est, si non ex incuriosis invitos et ex torpidis prorsus stolidos efficere volumus.

5. Si tamen aliquando calcari et stimulò opus, aliis id modis meliùs quàm plagis effici potest. Aliquando verbò asperiore increpationeque publicà. Aliquando alios laudando: Ecce hic vel ille, quàm egregie attendit! Quàm rectè omnia percipit! Tu autem torpes? Aliquando risu exagitan- dus est: Hem te simplicem, rem tam facilem non capis? Peregrinarisne animò? Possunt et hebdomadariae, aut certè menstruae concertationes institui de loci vel laudis praerogativa: quemadmodum alibi docuimus. Modò videatur, ne hoc merè ludicrum et jocularè, ideòque inane evadat: sed ut laudis amor vituperii et dejectionis metus omninò diligentiam stimulet. Quare et praeceptorem esse praesentem et seriò rem sine- que fuco agi deprehensosque negligentiores increpari et confundi, diligentiores publicè collaudari omninò interest.

6. Severior autem et rigidior disciplina exercenda est in eos demùm, qui moribus exorbitant. Nempè 1. ob impietatis aliquod editum specimen: ut blasphemiam, obscaenitatem, et quaecun- que apertè contra Dei legem admittuntur; 2. ob contumaciam destinatamque malitiam: si quis praeceptoris alteriusve cuiuscun- que è superioribus mandata contemnat faciendaque sciens volens non faciat; 3. ob superbiam et fastum, aut etiam invidiam et pigritiam: quâ quis à condiscipulo rogatus, eundem docendo juvare recusat.

7. Illa enim primi generis delicta Dei majestatem laedunt, secundi generis virtutum omnium basin (humilitatem et obsequium) evertunt, tertii generis celeres in studiis profectus inhibent ac retardant. Quod contra Deum est, flagitium est, acerrimâ castigatione piandum: quod contra homines et seipsum quis committit, iniquitas est, correptione acri emendanda: quod contra Priscianum, macula est, increpationis spongiâ delenda. Verbò, disciplina eò tendat, ut in omnibus per omnia reverentia erga Deum, officiositas erga proximum, erga labores verò et munia vitae alacritas excietur constantique usu et praxi roboretur.

8. Modum disciplinae optimum docet sol coelestis, qui rebus crescentibus ministrat (1) semper lucem et calorem, (2) saepè pluviam et ventos, (3) rarò fulgura et tonitrua, quamvis haec etiam eorundem in usum.

9. Hujus imitatione scholae moderator juven- tutem in officio continere laborabit | [180]

nen ähnlichen Kunstgriff wendet der Baumgärtner an, der die jungen zarten Bäumchen ganz sanft und linde behandelt und keine Schabeisen, Messer und Sichel bei denen anlegt, die die Wunden noch nicht vertragen können. Auch der Musiker schlägt nicht mit der Faust oder dem Knüppel drein, wenn die Saiten der Leier, der Zither oder der Harfe verstimmt sind, noch schleudert er das Instrument gegen die Wand, sondern er wendet so lange seine Kunst an, bis er die Harmonie wiederherstellt. So müssen wir uns durchaus damit befassen, die Geister für die Harmonie und für die Liebe zu den Studien zu gewinnen, wenn wir nicht aus Nachlässigen Widerwillige und aus Schwerfälligen geradezu Dummköpfe machen wollen.

5. Wenn es jedoch einmal des Sporns und Stachels bedarf, so läßt sich das auf andere Weise besser tun als mit Schlägen: bisweilen mit einem etwas unsanften Wort und einem öffentlichen Tadel, bisweilen dadurch, daß man andere belobt: Sieh, wie der oder der ausgezeichnet aufpaßt! Wie richtig begreift er alles! Du aber schläfst! Bisweilen muß man mit Gelächter dem Schüler zusetzen: Du Einfältiger, eine so leichte Sache verstehst du nicht? Du gehst wohl mit deinen Gedanken spazieren? Man kann auch wöchentlich oder wenigstens monatlich einen Wettbewerb um den Ehrenplatz oder eine Auszeichnung veranstalten, wie wir anderwärts erörtert haben¹. Man möge nur darauf sehen, daß dies nicht zum bloßen Spiel und Scherz und deshalb nichtig wird, sondern daß die Ehrliche und die Furcht vor Tadel und Herabsetzung | [255] wirklich den Fleiß anregen. Deshalb kommt viel darauf an, daß der Lehrer dabei zugegen ist und daß man die Sache ernstlich und ehrlich betreibt, daß man die bei einer Nachlässigkeit Betroffenen schilt und beschämt, die Fleißigen dagegen öffentlich belobt.

6. Eine strengere und härtere Zucht ist aber nunmehr gegen diejenigen in Anwendung zu bringen, die sich in ihren Sitten etwas zuschulden kommen lassen. Namentlich 1. wegen irgendeines Beweises von Gottlosigkeit (impietas), wie einer Lästerung, Unkeuschheit und eines sonstigen offenen Verstoßes gegen Gottes Gesetz, 2. bei Trotz und absichtlicher Bosheit, wenn sich einer über die Gebote des Lehrers oder sonst eines anderen Vorgesetzten hinwegsetzt und, was getan werden soll, mit Wissen und Willen nicht tut, 3. wegen Hochmut und Stolz oder auch wegen Neid und Trägheit, wenn sich einer weigert, dem Mitschüler zu helfen, der ihn um Belehrung bat.

7. Denn die Vergehen der ersten Art verletzen die Hoheit Gottes, die der zweiten Art zerstören die Grundlage aller Tugenden (Demut und Gehorsam), die der dritten Art hemmen und verzögern die schnellen Fortschritte in den Studien. Was gegen Gott ist, ist eine Missetat, die durch die schärfste Züchtigung gesühnt werden muß; was einer gegen die Menschen und gegen sich selbst begeht, ist ein Unrecht, das durch scharfe Zurechtweisung zu bessern ist; was gegen den Priscian² verstößt, ist ein Flecken, der mit dem Schwamm eines scheltenden Wortes hinweggewischt werden kann. Mit einem Wort, die Zucht strebe dahin, daß in allen Ehrfurcht gegen Gott in jeder Beziehung, Dienstfertigkeit gegen den Nächsten, Lust an den Arbeiten und Aufgaben des Lebens geweckt und in beständigem Gebrauch und steter Übung gestärkt wird.

8. Die beste Weise der Zucht lehrt die Himmelssonne, die den Wachsenden Wesen 1. immer Licht und Wärme, 2. oft Regen und Wind, 3. selten Blitz und Donner liefert, obgleich auch dies letztere zu deren Nutzen dient.

9. In Nachahmung der Sonne wird sich der Leiter der Schule bemühen, die Jugend auf der Bahn der Pflicht zu halten:

1. *exemplis perpetuis*, omnium, ad quae condocerendi sunt, vivam se ipsum ideam praestando. Absque hoc fuerit reliqua omnia incassum sunt;

2. *verbis informatoriis, hortatoriis increpatoriisque subinde*, summè tamen datà operâ, ut sive docet, sive monet, sive mandat, sive increpat, id omne affectu paternò, ad aedificandum omnes, destruendum neminem intentò, fieri palam sit. Talem affectum nisi probè perspexerit et de eo prorsus persvasus sit discipulus, facilè et disciplinam spernit, et adversus illam animum obfirmat;

3. tandem tamen, si quis adeò infelicis est ingenii, ut leniora haec non sufficiant, *ad violentiora veniendum est remedia*, ne quidquam intentatum relinquatur, antequam aliquis veluti prorsus ineptum culturae solum deseratur et pro desperato habeatur. Fortassis enim de nonnullis etiamnum hodie verum illud erit, quod dicitur, *Phryx non nisi plagis emendatur*. Aut certè si non ipsi disciplinato, aliis tamen incussò metu disciplinae ejusmodi proderit vigor. Modò caveatur, ne quâvis de causa et saepè nimis ad extrema haec veniatur: ne extremorum remedia ante extremos casus consumantur.

10. Dictorum et dicendorum haec summa esto: disciplina eò tendat, ut in illis, quos Deo et ecclesiae enutrimus, efformemus confovendoque jugiter confirmemus affectuum temperaturam illi similem, quam Deus in filiis suis, scholae Christi commissis, requirit, ut exultent cum tremore (Psal. 2, 10), salutemque suam cum timore et tremore operantes (Phil. 2, vers. 10) gaudeant in Domino semper (ibid. 4, vers. 4), h. e. ut *formatores suos et amare, et revereri possint et sciant, eoque se duci, quò duci convenit, non tam libenter patientur, quàm promptè insuper appetant*. Quae affectuum temperatura non aliis, quàm quos jam inuimus, modis obtineri potest: *exemplis bonis, verbis blandis, affectu sincerò et apertò constanter*, asperius verò fulminando ac tonando non nisi aliquando extraordinariè, eaque simul hîc etiam intentione, ut severitas in amore semper quantum datur desinat.

11. Nam quis unquam (liceat adhuc exemplò rem declarare) *aurifabrum* solò percussu scitam imagunculam efformasse vidit? Nemo unquam. Funduntur illae meliùs, quàm tunduntur. Aut si quid supervacaneum et inutile adhaeserit, non malleò impetuosè solers artifex pulsat, sed mollior malleolò decutit vel deradit limâ vel abscondit forcipe, atque omne id cautè: tandem tamen semper in fine depolit et laevigat. Et nos imagunculam Dei vivi, rationalem creaturam irrationali impetu elaborari posse confidamus?

12. Sed et *piscator*, qui sagenâ majori profundioribus in aquis pisces captare instituit, non plumba duntaxat sagenae appendit, quae eam

1. durch das beständige Beispiel, indem er in allem, wozu sie angeleitet werden soll, sich selbst als das lebendige Vorbild zeigt. Ist dem nicht so, so ist alles übrige umsonst;

2. durch belehrende, ermahrende und dann auch scheltende Worte, | [256] indem er jedoch sorglich bemüht ist, mag er nun lehren oder ermahnen, befehlen oder schelten, deutlich sehen zu lassen, es geschehe alles aus väterlicher Zuneigung, deren Absicht es ist, bei allen aufzubauen, bei niemandem niederzureißen. Wenn ein Schüler solche Zuneigung nicht gehörig durchschaut und nicht vollständig davon überzeugt ist, so verachtet er leicht die Zucht und verstockt sein Herz dagegen.

3. Wenn einer endlich so unglücklich veranlagt ist, daß diese gelinderen Mittel nicht ausreichen, so muß man doch zu gewaltsameren Heilmitteln übergehen, damit nichts unversucht bleibt, bevor einer als ein ganz für die Kultur ungeeigneter Boden aufgegeben und für hoffnungslos erklärt wird. Denn es wird vielleicht auch heute noch von einigen der Ausspruch gelten: „Ein Phrygier wird nur durch Schläge gebessert“³. Oder wenigstens wird doch die Kraft einer solchen Züchtigung, wenn sie dem Gezüchtigten selbst nicht hilft, als abschreckendes Beispiel anderen helfen. Man hüte sich nur davor, aus jeder beliebigen, ja oft der geringfügigsten Ursache zu diesen äußersten Mitteln zu greifen, um nicht die äußersten Mittel vor Eintritt der äußersten Fälle zu erschöpfen.

10. Was gesagt wurde und gesagt werden muß, soll nun zusammengefaßt werden: Die Zucht trachte danach, daß wir bei denen, die wir für Gott und die Kirche auferziehen, eine gleiche Mischung (temperatura) der Gefühle (affectus) herausbilden und durch beständige Pflege kräftigen, wie sie Gott bei seinen der Schule Christi anvertrauten Kindern verlangt, daß sie sich freuen mit Zittern (Psalm 2,11) und schaffen, daß sie selig werden mit Furcht und Zittern (Philipp. 2,12), sich freuen in dem Herrn allewege (Philipp. 4,4), d. h. daß sie ihre Lehrer lieben und achten können und verstehen, daß sie sich dahin, wohin sie sich führen lassen sollen, nicht bloß gern und geduldig führen lassen, sondern noch dazu eifrig selbst dahin streben. Solche Mischung der Gefühle kann nur auf die bereits von uns angedeutete Weise erlangt werden: durch gute Beispiele, sanfte Worte und beständige, aufrichtige und offenbare Zuneigung, durch ein heftigeres Blitzen und Donnern nur etwa einmal in einem außergewöhnlichen Fall und zugleich auch hier mit dem Bestreben, daß die Strenge immer soviel als möglich in Liebe endige.

11. Wer hat denn jemals gesehen (es möge gestattet sein, noch an einem Beispiel die Sache klarzumachen), daß ein Goldschmied bloß | [257] durch Hämmern ein hübsches Figürchen zustande gebracht hätte? Sicher niemand. Ein solches wird vielmehr gegossen, nicht gehämmert⁴. Oder wenn etwas Überflüssiges und Unnützes daran geblieben ist, so schlägt ein geschickter Handwerker nicht ungestüm mit dem Hammer drein, sondern klopft es leise mit dem Hämmerchen an oder feilt es mit der Feile oder kneift es mit der Zange ab, und das alles mit Vorsicht, schließlich jedoch putzt und glättet er es immer. Und wir erdreisten uns, ein zartes Ebenbild des lebendigen Gottes, ein vernünftiges Geschöpf, mit unvernünftigem Ungestüm zu bearbeiten?

12. Aber auch der Fischer, der mit einem größeren Schleppnetz in tieferem Gewässer Fische zu fangen beabsichtigt, hängt nicht etwa bloß Blei an das Netz, um es zu versenken und am

mergant fundumque verrere cogant: sed et appendit ex | [181] opposito leves spongas, quae eam altera parte ad aquae superficiem elevent. Pari modò, qui cum juventute virtutum piscationem instituit, eam inde quidem severitate ad metum et humilem obedientiam deprimere, hinc autem affabilitate ad amorem et alacritatem hilarum attollere necesse habebit. Felices temperatae ejusmodi artifices! Felix moderatoribus ejusmodi juvenus!

13. Huc facit illud magni viri D. Eilhardi Lubini, ss. theologiae D., judicium, quod praefationi super Novum t. Graeco-Latino-Germanicè editum de scholarum emendatione disserens inseruit his verbis: *Aterum est, ut omnia, quae juventuti pro ipsorum captu proponuntur, ita ab illis exigantur, ut nihil inviti et exactè, sed omnia quantum fieri potest sponte et ultrò, cum animi quodam prolubio, faciant. Unde prorsus sentio virgas et verbera, servilia illa instrumenta ac ingeniis minimè convenientia, minimè in scholis adhibenda, sed procul removenda esse et admovenda mancipiis et servilis animi nequam servis. Quales et suò se indicio in scholis maturè produnt, et maturè è scholis removendi sunt, non solùm ob indolis, quae servilibus ingeniis propria plerumque est, tarditatem, sed etiam huic plerumque conjunctam, pravitatem: et cui doctrinae et artium adminicula accedant, non nisi in nequitiae arma convertentur, eruntque in manibus furiosorum gladii, quibus se et alios jugulent. Sunt autem alia poenarum genera ingenuis pueris et liberalibus animis adhibenda etc.*

Boden herschleifen zu lassen, sondern befestigt als Gegengewicht zugleich leichte Korkstücke, die es andererseits an die Oberfläche des Wassers heben. Wer sich anschickt, mit der Jugend Tugenden zu fischen, wird sie in gleicher Weise zwar auf der einen Seite durch Strenge zur Furcht und zum demütigen Gehorsam niederhalten, sie auf der anderen Seite aber durch Freundlichkeit zur Liebe und freudigen Bereitschaft erheben müssen. Glücklich die Künstler, die diese Mischung verstehen! Glücklich die Jugend, die unter solchen Lenkern steht!

13. Hierher paßt das Urteil des vortrefflichen Gelehrten Eilhard Lubin⁵, Doktors der Gottesgelahrtheit, das er in der Vorrede seiner griechisch-lateinisch-deutschen Ausgabe des Neuen Testaments in einer Auseinandersetzung über die Verbesserung der Schulen in folgende Worte gefaßt hat: „Überdies kommt es darauf an, alles, was der Jugend ihrer Fassungskraft gemäß vorgetragen wird, in der Weise zu verlangen, daß sie nichts wider Willen und gezwungen, sondern alles möglichst freiwillig und von selbst mit einer gewissen Freudigkeit des Herzens tut. Daher ist es durchaus meine Absicht, Rute und Stock, diese Sklavenwerkzeuge, die für Freie nimmermehr passen, in den Schulen nicht anzuwenden, sondern weit fernzuhalten und nur bei niederen Naturen und Sklavenseelen zu Hilfe zu nehmen. Solche aber verraten sich in den Schulen von selbst beizeiten und müssen alsbald daraus entfernt werden, nicht allein wegen ihrer Schwerfälligkeit, wie sie sklavischen Naturen gewöhnlich eignet, sondern auch wegen der zumeist damit verbundenen Börsartigkeit; wenn noch Mittel der Gelehrsamkeit und der Künste | [258] hinzukommen, so werden diese nur zu Waffen der Niedertracht und in den Händen von Wahnwitzigen zu Schwertern, mit denen sie sich und andere abschlachten. Es gibt aber andere Arten von Strafen, die bei edlen Knaben und bei freier Gesinnung anzuwenden sind, usw.“⁶

¹ Wohl Didactica dissertatio (vgl. Kap. XXII, Anm. 3), § 230 und § 284 (Op. did. omnia I, Sp. 379 und 390). [Anm. v. H. Ahrbeck.]

² Vgl. Kap. XXIV, Anm. 27. [Anm. v. H. Ahrbeck.]

³ Vgl. Cicero, Pro Flacco 27,65. Proverbium, Phrygem plagis fieri solere meliorem. - Erasmus, Adagia, chil. I, cent. VI-II, 36 (Clericus II, 311). - Paroemiographi Graeci ed. E. L. Leutsch et F. G. Schneidewin, Göttingen 1839, S. 376, 95: „Ein Phrygier wird, wenn er geschlagen wird, besser und diestfertiger; denn die phrygischen Sklaven gelten für träge.“ [Anm. v. H. Ahrbeck.]

⁴ Funduntur illae melius quam tunduntur, ein Wortspiel, das wir nicht nachahmen konnten. [Anm. v. H. Ahrbeck.]

⁵ Eilhard Lubin (1565-1621), Professor der Theologie und Politik an der Universität Rostock. - Über den Einfluß des Lubin auf Comenius vgl. W. Toischer, Zur Entstehungsgeschichte des „Orbis pictus“, Zs. f. Gesch. d. Erz. u. d. Unt., III (1913), S. 186 f. [Vgl. H. Ahrbeck, Anm. 8 auf S. 303 f.]

⁶ Novi ... Testamenti ... pars prima, S. 16 f. (vgl. Liebe Leser ..., Anm. 8); Lubin empfiehlt Strafen, die die Ehrliche anregen. [Anm. v. H. Ahrbeck.]